

maxime peccatorum publicorum, ad ea sic melius extirpanda, si viderint prefati fratres bonum & Christianæ reipublicæ utile, talibus innodatos ad Episcopum remittere, ut sic peccata publica melius puniantur & corrigantur poterunt eos remittere dicendo eis, q̄ Episcopus reseruauit sibi illum casum, quia sic forte peccata publica melius corrigentur: quia oderunt peccare boni virtutis amore, oderunt peccare mali formidine pœnæ. Si vero prefati fratres viderint non expedire q̄ tales inuoluti peccatis ab Episcopo reseruatis, ad Episcopum remittantur, ipsi eos absoluant, siue etiam de iure, siue alio quoniammodo tales casus essent Episcopo reseruati. Hæc pater Focher in Expositione prædicti indulxi. Qualiter autem Papa possit concedere facultatem aliquibus confessariis absoluendi à casibus reseruatis Episcopis, ipsis Episcopis inuitis: disputat fr. Emmanuel Rodericus. I. T. o. qq. regularium & canonicarum. q. 61. art. 1. & art. 13. cōcludit Clemēti. Dudum, de Sepul, & priuilegia concessa ordinibus Mendicātibus absoluēdi à casibus reseruatis Ep̄o. nō esse revocata per Cōc. Trid. quicquid Catechesis Neapolitana fo. 287 persuadere conetur. Et ad declarationem faciam